

le est, se se exercere in cognitione cau-  
farum creatarum. Ante hunc item  
multis seculis Pindarus afferuit, quod  
quicquid intra se terra occultat, & ul-  
tra cœlum positum est, homo con-  
templatur. Nec id in fructuofum pu-  
tes: quoniam, diuo Paulo autore, in-  
uisibilia Dei à creatura mundi per ea  
quæ facta sunt, intellecta cōspiciunt,  
sempiterna quoq; eius virtus & diui-  
nitas. Verū vnde digressi sumus, pedē Cœlū gem  
referre libet. Pr̄termissis itaq; nūc marū cau-  
superioribus caussis, in sequentium fæ efficiē-  
duorum capitum gratiam, non vul- tis quandā  
garium philosophorum placita habet rati-  
raturi dicimus, quod à primario il-  
lo omnium principio, inferior humili-  
orque Geinmarum caussa dici po-  
test, facultas cœlestis orbis moti, ab  
ipso Deo transfusa, pro ipsius orbis  
diuersarum partium varia positione,  
quam astrorum periti aspeclum ap-  
pellant. Porrò quid sit cœli orbium,  
planetarum , syderūm ve aspectus,

Cœlū gem  
marū cau-  
fæ efficiē-  
tis quandā  
habet rati-  
onem.